

SYSTEMA GENERALE UNIVERSI JURIS. OMNE JUS EST

vel

<p>Jus reale seu JUS IN RE (a) hujus Sunt 6. Species: I. <i>Dominium</i>. II. <i>Quasi-Dominium</i>. III. <i>Servitus</i>. IV. <i>Pignus</i>. V. <i>Jus hereditarium</i>. VI. <i>Pos- sessio</i>.</p> <p>Ex his descendunt omnes ACTIONES REALES, (b) & actionibus suis respondentia INTERDICTA, (c)</p>	<p>Personale seu JUS AD REM, (d) Causa hujus efficiens quin- tuplex: I. <i>Contractus</i>. II. <i>Quasi- Contractus</i>. III. <i>Delictum</i>. IV. <i>Quasi-Delictum</i>. V. <i>Varie causarum figura</i>.</p> <p>Ex his descendunt omnes ACTIONES PERSONA- LES.</p>
--	--

(a) Variè hoc definiunt; sed clariùs sic: Jus Reale est, dum nobis res est affecta vel Jure Dominii vel quasi Dominii, &c.

(b) Unde & fluit harum definitio: scil. actio realis est, qua nascitur ex jure in re. h. e. dominio, quasi dominio, &c.

(c) Sic (1) Rei vindicationi directa respondent interdicta uti possidetis & unde vi directa. R. V. utili &c. vid. Hopp. de Interd. (2) Actioni publiciana, eodem modo. (3) Confessoria directa & utili. eodem modo. (4) Serviana, interdictum Salvianum. Quasi serviana, quasi salvianum. Hopp. ibid.

(d) Quod ita describimus, quod sit, jus, dum personam nobis ad aliquid præstandum obligatam habemus ex conventionem vera vel quasi, delicto vero vel quasi, aut reliquis causarum figuris. vid. infra P. II.

PARS